

& dedit discipulis suis · & discipuli dederunt
populo · & comederunt omnes · & saturati sunt ·
& quod superfuit de fragmentis tulerunt
septem sportas plenas · erant autem qui man
ducauerunt quattuor milia hominum extra
paruulos & mulieres · ℣ & dimissa turba
ascendit in nauiculam · & uenit in fines magedan ·
Et accesserunt ad eum pharisaei & sadducaei
temptantes · & rogauerunt eum ut signum
de caelo ostenderet eis ·
At ille respondens ait eis · facto uespere · dicitis
serenum erit · rubicundum est enim caelum ·
& mane · hodie tempestas · rutilat enim tris
te caelum · faciem ergo caeli diiudicare nostis ·
signa autem temporum non potestis ·
Generatio mala & adultera · signum quaerit ·
& signum non dabitur ei · nisi signum Ionae ·
& relictis illis · abiit · & cum uenissent discipu
li eius trans fretum · obliti sunt panes accipere ·
Qui dixit illis · intuemini · & cauete a fermen
to pharisaeorum & sadducaeorum ·
At illi cogitabant inter se dicentes · quia panes
non accepimus · sciens autem ihs · dixit · quid co
gitatis inter uos modicae fidei · quia panes non
habetis · nondum intellegitis neque recor da
mini · quinque panum & quinque milia homi
num & quot cophinos sumpsistis · neq; septem

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
MANCHESTER
1824
The University of Manchester
HESSEN
Staatliche Schlösser
und Gärten Hessen
UNESCO
Organisation der
Vereinten Nationen für
Bildung, Wissenschaft,
Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch
Welterbestätte
seit 1991
© Copyright of The University of Manchester, John Rylands Library 2013
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/jrl_latin-ms-9/0063